SPECIMEN CONIECTURARUM IN PLATONEM.

SCRIBEBAT

LUDOVICUS FRIDERICUS HEINDORF
DOCT. PHILOS. ET AA. LL. M. G.
GYMNAS. BEROL. PROF.

BEROLINI
SUMPTIBUS C. C. NAUKII.
CIↃIↃCCXCVIII.

VIRO

PERILLUSTRI ET AMPLISSIMO

CHRISTIANO BENIAMINO WACKENRODERO

REGIS A CONSILIIS BELLICIS INTIMIS
PRIMO CIVITATIS BEROLINENSIUM CONSULI
SCHOLAE BEROLINO-COLONIENSIS
GYMNASIARCHAE
ETC. ETC.

LIBELLUM HUNC

PIETATIS ET GRATI ANIMI

DOCUMENTUM

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Mirari saepe audio multos, quae caussa sit, cur, quem veterum philosophorum unum politissimus quisque antiquitatis iudex in deliciis maxime semper habuit, eius in operibus vel ad criticas leges corrigendis vel ex verborum rerumque doctrina illustrandis tam paucorum elaborarit industria. Platonem dico illum, cuius singuli nonnunquam versus interpretis, paginae singulae emendatoris operam requirunt. Nam primum libri ii, qui philosophis largissimam praebent eleganter philosophandi materiam, *Parmenides*, *Sophista*, *Philebus* aliique, quanta his adhuc temporibus obscuritate argumentorum involuti iacent! Neque adeo iis, qui et iucundissimarum rerum varietate et divino dicendi artificio omnium studia commovere videntur posse, accuratam atque ex interioribus litteris depromptam interpretationem obtigisse reperimus. Graecae autem orationis, seu textus quem vocant, constitutio etsi in aliquot Dialogis nuper facta est diligentius, longe tamen maior pars eorum adhuc haud exiguo mendorum numero laborat; immo sunt in longioribus et praestantioribus, qui singuli centena fere vitia occultent. Nimirum nondum quisquam ex membranis sedulo conquisitis philosopho plenam salutem et integritatem reddere aggressus est; veterum scriptorum, a quibus loci ipsius plurimi vel laudantur vel significantur, scripta omnia nemo contulit aut

excussit; denique ne ipsam quidem Ficini translationem, optimi instar codicis habendam, quisquam diligenter totam exploravit. Quid multa? Etiam nunc principatum tenet *Stephani* textus, praeclare ille quidem passim, at, si in universum aestimes, tumultuaria festinatione curatus: isque ita dominatur, ut, nisi excellentes quidam in hoc genere viri spem aliquam fecissent Platonis instaurandi, magnopere esset verendum, ne, qui saeculi nostri mos est, *Stephaniana* recensio iterum iterumque repetita operosioribus curis in longum tempus viam obstrueret.

Huius igitur tam iniquae Platonicorum scriptorum fortunae quasnam potissimum caussas esse dicemus? Mihi quidem, rem propius intuenti, visa omnino est iusta quaedam et constans emendatio illorum vix unius aut hominis aut aetatis esse. Omitto numerum librorum, qui vel solus plerosque a tali conatu deterreat: ipsi adeo inter se diversi ac dissimiles sunt, ut in duas certe classes describi debeant, quarum altera magis ad communium litterarum peritos, altera ad eos magis, qui philosophiam profitentur, pertinere videatur. At de philosophia Platonis, quae multis sane locis abstrusior est, nec raro sibi ipsa parum constat, ut plane ad veritatem existimes, non solum ingenio opus est ad eam scientiam a natura facto, sed etiam tali, quod Graecorum antiquiorum fontibus nutritum, priscas et genuinas philosophandi rationes omnes perbiberit. Minime enim satis est, vulgaria de principum illorum decretis praecepta ex novorum compendiorum angustiis corrasisse. Iam vivida accedat mentis sagacitas, quae integras propriasque philosophi sententias, interdum callide dissimulatas, pervestiget, et, quae ille adumbravit magis quam exposuit, quoad fieri potest, ipsius via mo-

doque altius perſequatur. Quam ad rem afferendus in primis eſt animus ſobrius ab omnique cupiditate alienus, ne quis argumentorum praeſtigiis atque dulcibus eloquentiae lenociniis decipi ſe aut impediri patiatur. Denique ſic praeparato adſit oportet certa quaedam liberalis philoſophiae regula ac norma, ad quam omnia exigat et plures blandientis ingenii luſus examinet.

Atqui haec ſi quis coniuncta poſſederit, in eo rariſſime illam reperiemus litterarum antiquarum cognitionem, ſine qua Plato penitus intelligi nullo pacto poteſt. Etenim vel ſingulorum et communium vocabulorum explicatio quantas opes poſtulet exquiſitioris doctrinae, dudum nos docuit ſingulare illud perfectae philologiae exemplar, *Timaeus Ruhnkenianus*. Quid? obſcuriorum in philoſophia dictionum ut multiplicem vim ſubtiliter eruas, quoties et quam curioſe totius Platonis lectionem repetendam eſſe cenſebis? Atque nihil adhuc dixi de mirabili venuſtate Ἀττικωτάτου ſcriptoris, ad quem nemo auſit accedere, niſi qui in reliquis quoque huius generis auctoribus habitet; nihil de tritiſſimo uſu poëtarum, quorum auctoritate et locis perſaepe ille utitur, cum quibus interdum etiam aemulatur arte ſcribendi; nihil de tot aliarum rerum, ex recondita memoria vetuſtatis ducendarum, uberrima notitia; nihil de indefeſſa induſtria, de iudicii ſeveritate, de critico acumine; quibus virtutibus omnibus excellere debet, qui legitimam caſtigationem textus ſuscipere voluerit. Huius vero niſi primarius reſpectus habebitur, ad indocti quidem vulgi intelligentiam adduci ſcriptor poterit, non ad eorum, qui in ſcriptis veterum cum cura et religione verſari didicerunt. Itaque commode cecidit, quod Platonem adhuc nemo arripuit iſtorum, qu

in tractandis antiquis monumentis criticam artem tanquam πάρεργον factitantes, ſuam quam iactant interpretationem imperitis venditare ſecundo rumore cupiunt. Qui ſi volunt aliquid videri, ſatis habeant verboſis commentariis exornare eos ſcriptores, qui ſatis iam criticorum manus experti, promptam gloriolae materiem ſuppeditant; arceantur vero ab illis, qui inſtauratorem ſuum nondum invenerunt.

Non tam recenſui quam tetigi ea, quae cuivis de re illa cogitanti ſponte occurrant. Nam perquirere omnia et quaſi praecipere, quae ad philoſophum hunc perfecte omnibusque numeris adornandum pertineant, nec mei eſt ingenii, neque huic loco convenit. Verum ſi quid liceat augurari, noſtrae aetatis videtur ea laus fore, ut ad accuratam illius lectionem ſtudia hominum acrius impellantur, illorum, quos ſupra dixi, virorum curis atque conſiliis; quibus, quisquis litteras amat, nobiscum favebit ſtudioſiſſime, ne, quum leviores ſcriptores multi eruditis editoribus ſuperbiant, ille, a quo ceteri prope omnes pendent, diutius careat luce ſua, id eſt perpetua certisque legibus nixa recenſione. Quam dum exſpectamus, aliam ſimul ſpem nobis afferunt ea, quae hodie in patria vigent ſtudia philoſophiae, nihil non ad novam rationis trutinam exigentis; ex qua, vix dubium eſt, quin etiam aliquantum fructus illuc ſit redundaturum. Antea vero quam haec aut illa perficiantur, omnibus, qui quidem aliquo veteris philoſophiae amore tenentur, faciendum arbitramur, ut, ſi quid habeant ad Platonis lectionem praeſidiorum, Eruditorum iudiciis modeſte proponant. Equidem quum primum ad illum accuratius cognoſcendum eſſem *Wolſii* diſciplina incitatus, eius viri, quem omni, qua vitae vitalis auctorem par eſt, pietate et obſervantia profe-

quendum ſemper habebo, Platónica ſuavitate ſic me captum ſentiebam, ut, quidquid otii concederetur, id huic potiſſimum emendando et expoliendo tribuere ſtatuerem. Itaque, quum, perlectis reliquis Dialogis, in dulciſſimo illo, qui *Phaedrus* inſcriptus eſt, maiore cum ſtudio haeſiſſem, eſſemque mihi viſus in ſingulis fere paginis eius plura vitia ſustuliſſe, partim manifeſtiora, partim aciem facile latentia; priusquam meas in hunc librum notulas ederem, non alienum putavi, pauca inde ſpeciminis loco perituris hisce chartis mandare, aliaque nonnulla ex aliis libris petita ſubiungere. Quae ſi harum rerum intelligentibus non improbata fuerint, in opere inſtituto ſtrenue pergam; ſin minus, eorum, qui haec ſunt aliquando rectius acturi, magnitudine et publicis, quibus ipſe fruar, emolumentis me conſolabor.

In *Phaedro* igitur, quem ſermonem Plato alio longe, quam vulgo putatur, conſilio ſcripſit: neque enim de pulchro, neque de amore potiſſimum in eo agit, ſed illud in primis videtur ſpectaſſe, ut inanem inutilemque et fallacem rhetorum artem convinceret, ac melioris eloquentiae praecepta quaedam primaria traderet: in huius igitur libri initio Lyſiae, celeberrimi illius oratoris, disputatio quaedam amatoria proponitur, ut Phaedrus quidem opinatur, probae et perfectae eloquentiae, ut Socrati videtur, ſpecioſae iſtius vanaeque dicendi artis ſpecimen luculentum. Miram autem et prope abſurdam ſententiam Lyſias defenderat; quippe non amantibus potius quam amatoribus gratificari pueros debere docuerat. Cuius disputationis recitatione finita Socrates a iuvene invitatus aliam eiusdem prorſus argumenti orationem orditur, ſed ex verae eam artis ratione inſtitutam. Ac primum, quid il-

le ſit amor, de quo dicere aggreſſus eſt, accurate exponit. Deinde, videamus, inquit, quidnam et ab amatore et ab eo, qui non eſt amore incenſus, vel utilitatis vel damni puero ſit exſpectandum. Itaque qui libidini ſuae temperare non poteſt, is neceſſe eſt eum, quem adamat, quam iucundiſſimam ſibi efficiat. Aegrotantibus autem iucundum eſt, quidquid eis non adverſatur; quod melius eſt aut aequale, odioſum eſt et moleſtum. Quocirca neque ſe praeſtantiorem, neque ſibi parem eſſe puerum ſuum amator facile patietur, ſed inferiorem deterioremque ſe reddere ſtudebit. Inferior autem docto indoctus; forti timidus; eloquentiae expers eloquente; tardus ſollerti. Ita fere Plato. Tum illa addit edit. Steph. p. 239. Bip. T. X. p. 304: Τοσούτων κακῶν καὶ ἔτι πλειόνων κατὰ τὴν διάνοιαν τοῦ ἐραστοῦ τῷ ἐρωμένῳ ἀνάγκη γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνόντων τῶν μὲν ἥδεσθαι, τὰ δὲ παρασκευάζειν· ἢ στέρεσθαι τοῦ παραυτίκα ἡδέος. Hic locus, dubitari non poteſt, quin menda plura contraxerit. Nam primum ipſa ſtructura quam contorta eſt et impedita; illud ἀνάγκη, quam incommode poſitum! Deinde magnopere unumquemque offendet genitivus iſte τῶν ante ἥδεσθαι; quam rationem Graecis prorſus inauditam fuiſſe confidenter contenderim. Denique qui legerit cetera, quae deinceps inferuntur, verba in primis illa: Τὰ μὲν οὖν κατὰ διάνοιαν ἐπίτροπός τε καὶ κοινωνὸς οὐδαμῇ λυσιτελὴς ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα· τὴν δὲ τοῦ σώματος ἕξιν τε καὶ θεραπείαν οἵαν τε καὶ ὡς θεραπεύσει οὗ ἂν γένηται κύριος, ὃς ἡδὺ πρὸ ἀγαθοῦ ἠνάγκασται διώκειν, δεῖ μετὰ ταῦτα ἰδεῖν· haec igitur qui legerit, eum neceſſe eſt ibi magis etiam haerere. Atque difficultatem huius loci perſpexit *Lentzius* V. Cl. qui doctas nuper in hunc Dialogum edidit Animadverſiones, Actis Societatis Ultraiectinae inſertas; qui tamen medelam adhibuit, ut

mihi quidem videtur, parum probabilem. Quippe locum hunc ita conſtituendum putabat: Τοσούτων κακῶν καὶ ἔτι πλειόνων κατὰ τὴν διάνοιαν τοῦ ἐραστοῦ τῷ ἐρωμένῳ ἀνάγκη γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνόντων τῶν μὲν ἡσθήσεται, τὰ δὲ παρασκευάσει ἢ στέρεται f. στερήσεται τοῦ παραυτίκα ἡδέος. Qua ratione unum ſcrupulum vir eruditus exemiſſe videtur, ceteros eosque moleſtiores reliquiſſe. Equidem illud ἀνάγκη loco ſuo deturbatum arbitror, interque verba ἐνόντων et τῶν μὲν ἥδεσθαι reponendum; deinde verba τοῦ ἐραστοῦ et depravata et alieno loco intruſa, totumque locum ita reſtituendum: Τοσούτων κακῶν καὶ ἔτι πλειόνων κατὰ τὴν διάνοιαν τῷ ἐρωμένῳ γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνόντων, ἀνάγκη τὸν ἐραστὴν ὄντων μὲν ἥδεσθαι, τὰ δὲ παρασκευάζειν κ. τ. λ. *Tot igitur ac plura etiam mala quum amaſii animo natura inſint, neceſſe eſt amatorem iis, quae adſunt, laetari, cetera inferre.* Ὄντων intell. αὐτῶν, τῶν φύσει ἐνόντων. τὰ δὲ ſunt γιγνόμενα, ea quae extrinſecus afferuntur. Liber autem Vindobonenſis, ab *Altero* V. D. collatus, pro τοῦ ἐραστοῦ habet ἐραστὴν, quae non levis eſt emendationis noſtrae auctoritas. Parum ſane intellexit τὴν διάνοιαν, qui huic vocabulo τοῦ ἐραστοῦ vitioſe adſcripſit. Quod de ipſius amaſii mente, non de amatoris ſententia accipiendum eſſe, luculenter docent verba, quae ſequuntur, ſupra laudata, τὰ μὲν οὖν κατὰ διάνοιαν κ. τ. α. Atque eodem modo ἡ διάνοια opponitur τῷ σώματι in Theaeteto ed. Bip. T. II. p. 116. Τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ· ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδὲν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται. Verbis autem ἀνάγκη τὸν ἐραστὴν ſuo loco demotis, illud ὄντων, quum ἐνόντων praecederet, facile in τῶν abibat. Denique huic ſcripturae noſtrae ſuffragatur aliqua ex parte Ficinus, quum ita vertit: *haec et plura inſuper animi mala cum natura inſunt vel*

fiunt amato, gaudet amator atque alia insuper inferre conatur.

In eadem oratione ubi Socrates illius amoris incommoda enarrare instituit, ut doceat, quam molestus sit puero amator propter et perpetuam consuetudinem et grandiorem aetatem eius, ita fere argumentatur edit. Steph. 240. Bip. 307. Amasio amator praeterquam quod noxius est, perpetua consuetudine maximam affert molestiam. Quippe aequalis, ut est in proverbio, aequali gaudet; aetatis enim aequalitas (ἡ τῶν χρόνων ἰσότης) eo, quod ad easdem ducit voluptates, propter similitudinem, amicitiam efficit. Sed tamen aequalium etiam consuetudo satietatem quandam habet. Necessitas praeterea cuique est in unaquaque re gravis et molesta; hac autem puerum suum amator graviter premit. Namque senior cum iuniore vivens neque die neque noctu facile discedit, sed necessitate quadam et furore agitatur, seu, ut Graeca adscribam, ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ οἴστρου ἐλαύνεται, ὃς ἐκείνῳ μὲν ἡδονὰς ἀεὶ διδοὺς ἄγει, ὁρῶντι, ἀκούοντι, ἁπτομένῳ, καὶ πᾶσαν αἴσθησιν αἰσθανομένῳ τοῦ ἐρωμένου, ὥστε μεθ' ἡδονῆς ἀραρότως αὐτῷ ὑπηρετεῖν· τῷ δὲ δὴ ἐρωμένῳ ποῖον παραμύθιον ἢ τίνας ἡδονὰς διδοὺς ποιήσει τὸν ἴσον χρόνον συνόντι μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν ἀηδίας; Haec omnia facilem sane habent explicatum praeter illa τὸν ἴσον χρόνον, quae utcunque interpretere, non modo commodus, sed ne ullus quidem sensus existet. Hoogevenius quidem de Part. p. 509. ed. Schütz. haec ita expressit: *at vero amasio quale solatium aut quas praebebit voluptates, quibus consuetudinis aequalia reddat tempora, quo minus in extremum incidat taedium.* Quasi vero Plato scripsisset ἴσον τὸν χρόνον; neque quid sint *aequalia* illa *tempora*, facile quisquam dixerit. Scilicet Hoogevenius non vidit, levissima

quadam emendatione opus esse. Repone τὸν ἄνισον χρόνον; iam loci sensum verborumque structuram expeditam habebis. Hoc enim dicit Plato: at vero amasio quale solatium aut quas voluptates afferens efficiet, ut ne ipsi (συνόντι) aetatis inaequalitas (ὁ ἄνισος χρόνος, ut supra ἡ χρόνων ἰσότης scripserat) in summum aliquando taedium vertatur.

Sed age, ad luculentissimam et celeberrimam sermonis huius partem, ad disputationem de antiqua humanae mentis conditione progrediamur. Quae quonam consilio huic libro intexta nobis videatur, alio disseremus loco. Nunc mendorum, quae complura ex iniuria temporis traxit, uno aliquo liberare eam conemur. Animi humani, (ita fere disputat ille, hoc in loco poëta magis quam philosophus) donec integri sunt alatique totum coelum perlustrant; alis autem amissis in haec corpora delabuntur, humanamque figuram induunt. Deinde haec addit Steph. 246. Bip. 321: Τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς, δι' ἣν ψυχῆς ἀποῤῥεῖ, λάβωμεν. Ἔστι δέ τις τοιάδε. πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ. Κεκοινώνηκε δέ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή· τὸ δὲ θεῖον καλὸν, σοφὸν, ἀγαθὸν, καὶ πᾶν ὅτι τοιοῦτο. τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα. Hoc igitur loco videtur in verba illa κεκοινώνηκε δέ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή quodpiam mendum irrepsisse. Eorum enim, ut hodie leguntur, duplex structura statui potest. Quippe si ea hunc in modum ordinaveris: Ψυχὴ κεκοινώνηκε τοῦ θείου μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα, huiusmodi fere existet sensus: omnium, quae sunt corpori adiuncta, maxime animus particeps est divini; quam quidem sententiam frigidam esse, neque Platonis acumine

dignam, facile sentias. Sin ita: Ψυχὴ κεκοινώνηκε μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου, haec efficietur sententia: animus est maxime particeps eorum, quae sunt annexa corpori τοῦ θείου. Verum quamvis deo corpus *Plato* tribuerit; tribuit enim paullo superius: tamen hic τὸ θεῖον non de deo ipso accipiendum esse docent verba paullo mox sequentia: Τὸ δὲ θεῖον καλὸν κ. τ. λ. Ac sane ψυχή illud, ita in fine sententiae positum, videtur languidi aliquid et frigidi habere. Quid multa? Tolle ineptum illud ψυχή, ab inepto glossatore inculcatum; quo sublato vide quam commodo facilique lapsu sententia decurrat: alae ea est natura, ut gravia in sublime tollat, ubi deorum habitat genus. Omnium autem eorum, quae corporea sunt, maxime particeps est divini (ala.) Divinum autem est, quidquid pulchrum, sapiens, bonum, et huiusmodi est. Eo igitur maxime nutritur augeturque animi ala.

Finem disputationis huius fecerat Socrates. Iamque Phaedrus, uberrimo illo et suavissimo Socraticae eloquentiae flumine mirifice delectatus, Lysiae artificia non miratur; sordet ei paene orator, paullo ante dulcissimus. Quin etiam putat illum scribendi studium omnino depositurum, praesertim quum sit nuper a principe quodam viro eam ob causam vituperatus. Sed leniter temeritatem iuvenis Socrates castigat, docens, viros in re publica graves id unum maxime exoptare, ut scriptis suis immortalem sibi laudem parent; id quod satis intelligi ex ea, qua leges suas scribere soleant, ratione. Hoc fere argumentum est loci huius (Steph. 257. Bip. 344 sqq.) quem, quoniam et menda plura habere et explanationem non una parte videtur requirere, totum huc transcribere non dubito. Τὸν λόγον σου, ita Phaedrus loquitur, πάλαι θαυ-

μάσας ἔχω, ὅσῳ καλλίω τοῦ προτέρου ἀπειργάσω, ὥστε ὀκνῶ μή μοι ὁ Λυσίας ταπεινὸς φανῇ, ἐὰν ἄρα καὶ ἐθελήσῃ πρὸς αὐτὸν ἄλλον ἀντιπαρατεῖναι. καὶ γάρ τις αὐτῶν, ὦ θαυμάσιε, ἔναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε, καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἐκάλει λογογράφον. τάχα οὖν ἂν ὑπὸ φιλοτιμίας ἐπίσχοι ἡμῖν ἂν τοῦ γράφειν. ΣΩ. Γελοῖόν γ', ὦ νεανία, τὸ δόγμα λέγεις· καὶ τοῦ ἑταίρου συχνὸν διαμαρτάνεις, εἰ αὐτὸν οὕτω τινὰ ἡγῇ ψοφοδεᾶ· ἴσως δὲ καὶ τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ οἴει νομίζοντα λέγειν ἃ ἔλεγεν. ΦΑΙ. Ἐφαίνετο γὰρ, ὦ Σώκρατες· καὶ σύνοισθά που καὶ αὐτὸς ὅτι οἱ μέγιστον δυνάμενοί τε καὶ σεμνότατοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν, καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου, μὴ σοφισταὶ καλῶνται. ΣΩ. Γλυκὺς ἀγκὼν, ὦ Φαῖδρε, λέληθέ σε, ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐκλήθη· καὶ πρὸς τῷ ἀγκῶνι λανθάνει σε, ὅτι οἱ μέγιστον φρονοῦντες τῶν πολιτικῶν μάλιστα ἐρῶσι λογογραφίας τε καὶ καταλείψεως συγγραμμάτων· οἵγε καὶ ἐπειδὰν τινὰ γράφωσι λόγον, οὕτως ἀγαπῶσι τοὺς ἐπαινέτας, ὥστε προςπαραγράφουσι πρώτους οἳ ἂν ἑκασταχοῦ ἐπαινῶσιν αὐτούς. ΦΑΙ. Πῶς τοῦτο λέγεις; οὐ γὰρ μανθάνω. ΣΩ. Οὐ μανθάνεις, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἀνδρὸς πολιτικοῦ συγγράμματος πρῶτος ὁ ἐπαινέτης γέγραπται; ΦΑΙ. Πῶς; ΣΩ. Ἔδοξέ που, φησὶν αὐτὸ τὸ σύγγραμμα, τῇ βουλῇ, ἢ τῷ δήμῳ, ἢ ἀμφοτέροις. καὶ ὃς εἶπεν, τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων ὁ συγγραφεύς. ἔπειτα λέγει δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἐπαινέταις τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν, ἐνίοτε πάνυ μακρὸν ποιησάμενος σύγγραμμα. ἢ σοι ἄλλο τι φαίνεται τὸ τοιοῦτον ἢ λόγος συγγεγραμμένος; ΦΑΙ. Οὐκ ἔμοιγε. ΣΩ. Οὐκοῦν ἐὰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής· ἐὰν δὲ ἐξαλειφθῇ, καὶ ἄμοιρος γένηται λογογραφίας τε καὶ τοῦ ἄξιος εἶναι συγγράφειν, πενθεῖ αὐτός τε καὶ οἱ ἑταῖροι. Hic primum in verbis illis καὶ γάρ τις αὐτῶν, ὦ θαυμάσιε,

ἐναγχος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ὠνείδιζε istud αὐτῶν probum non puto. Nam probum ſi eſſet, et loco incommodo poſitum eſſet, et ὠνείδιζε illud caſu ſuo careret. Scribendum αὐτῷ. Mox σύνοισθα mirum profecto eſt; quod ni ſingulari prorſus uſu a Platone hic adhibitum putes, mecum facile reponas σύ γ' οἶσθα. Sequitur Socratis reſponſio Γλυκὺς ἀγκὼν etc., ut hodie ſcribitur, abſurda prope neque Platonis Socrati decora. Sed paullo altius repetendum videtur. Illud igitur proverbium γλυκὺς ἀγκὼν quemnam habeat ſignificatum, ne veteribus quidem Grammaticis liquido cognitum fuiſſe putamus. Triplex enim explicandi eius ratio invenitur: una quae hic exponitur; altera apud Athenaeum XII, 5. et 10.; tertia apud Suidam v. γλυκὺς ἀγκών. Quarum omnium verum ut dicam, nulla mihi quidem ſatisfacit. Athenaeus enim narrat, Lydos, vitae mollitia diffluentes, alienas uxores virginesque in locum quendam, ob id ἀγκῶνα vocatum, conduxiſſe ibique cum iis conſueviſſe. Quarum unam, Omphalen, quum ad regnum evecta eſſet, ut acceptam olim iniuriam ulciſceretur, in illo ipſo loco dominorum filias cum ſervis incluſiſſe. Lydos igitur, quo rei indignitatem verbo lenirent, locum eum appellare mulierum certamen, dulcem cubitum. Οἱ Λυδοὶ τὸ πικρὸν τῆς πράξεως ὑποκοριζόμενοι τὸν τόπον καλοῦσι γυναικῶν ἀγῶνα, γλυκὺν ἀγκῶνα; in quo ut ne quis verba extrema pro ſpuriis habeat, facit et Caſauboni auctoritas et verba illa c. 10. Τῷ μὲν Σαρδέων ἀγκῶνι γλυκεῖ προσαγορευομένῳ. Hoc igitur commentum cuiuimodi eſt, illud certe ex eo intelligitur, proverbii huius vim Athenaeum ad ὑποκορισμὸν quendam retuliſſe. Et quae hic in Platone leguntur, ea ſimilem fere eius originem a re triſti, leni nomine mitigata, ducendam declarant. Conf. Zenob. II. 92 Heſych. p. 839. ibiq.

Intpp. et Erasmi adag. p. 386. At vero his adversatur Suidas, seu quisquis fuit ille Grammaticus, qui verba haec non κατ' ἐναντίωσιν, sed blandiendi causa a veteribus usurpata diserte dixit. Harum itaque rationum an aliqua et quaenam sit probanda, equidem non exputo. Verum quoquo modo proverbium illud interpretabere, (optime autem interpretere forsitan de ὑποκορίσμῳ eo, quando res bona torquetur ad invidiam contemptumque; ut Platonis Socrates hoc dicat, viros istos artem, quam expetant maxime, sed assequi nequeant, eam illo sophisticae artis nomine in invidiam vocare,) sed utcunque est, in verbis istis ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐκλήθη, non dubito, quin mecum sit unusquisque non Platonis, sed Grammatici manum agniturus, atque haud scio an vel illud ὅτι glossatoris acumen arguere recte videatur. Nam retine verba, et vide, an possit, adhibitis, ut aiunt, fidiculis, commodus et philosopho dignus sensus extorqueri. Ergone ita Platonem dixisse putemus: viros in re publica principes, scribendi studiosissimos, quum rei difficultatem metuant, neque se magnorum scriptorum numero adscriptum iri videant, rem illam dulcissimam odioso nomine in invidiam trahere, quum contra nautae asperum istum et formidolosum Nili cubitum metu ducti per euphemismum quendam dulcem appellent? — Deinde in iis, quae his subiiciuntur, legendum opinor ἐπειδὰν τινὰ γράψωσι λόγον, quanquam hoc levius est. Sed ecce, alia mox occurrit difficultas, a Stephano parum expedita. Quippe illa καὶ ὃς εἶπεν, τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων tentavit vir egregius, itaque scribendum putavit, αὐτὸς ἑαυτὸν δὴ λέγων, ut καὶ ὃς εἶπεν diceretur, quod tale σύγγραμμα adscriberet eius nomen, ὃς εἶπεν. Eam autem esse τὸν συγγραφέα αὐτὸν ἑαυτὸν δὴ λέγοντα μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζοντα. Idem

aliam praeterea suadet emendandi rationem, ut ὡς εἶπεν reponatur, atque illud ὡς pro ὅτι accipiatur. Quibus opus non esse arbitramur, modo singula accurate perpenderis. De lege hic agi dilucide patet a politico quodam perscripta, ipsaque legis formula ex parte profertur; legem autem sic perscriptam σύγγραμμα Plato dicit, scriptorem ipsum συγγραφῆ, veluti scripsit p. 386. Ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ νόμους τιθεὶς, σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων. Igitur quum solemne legum initium huiusmodi fuisse constet, Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, perperam ita Ficinus: *probatum est, inquit, scriptum Senatui aut populo*. Scilicet φησὶ illud ad scriptorem traxit, quum esset ad ipsam legem trahendum. Nam σύγγραμμά φησι eiusdem plane generis est, cuius sunt pervagata illa, ὁ λόγος φησί, αἱρεῖ, σημαίνει. Mox illud ὃς pro οὗτος, αὐτὸς adhibitum existimo, usu Atticis tritissimo. Etenim quum in legis cuiusque formula eius, qui eam tulerat, nomen diserte scribi soleret, ut est e. g. in illo Εὐήγορος εἶπεν Demosth. Midian. c. 4.: Plato hoc loco quoniam in universum de quovis legislatore loquitur, pronomen illud indefinitum usurpavit. Iam illud τὸν ἑαυτὸν non est quod offendat. Plat. Sophist. p. 245. Τὸν μὲν τοίνυν ἐμέγε ἔτι τί τις ἂν λέγοι; Phileb. p. 227. Δεινὸν μὲν τοίνυν ἔτι προςδοκᾷν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμέ. Lucian. Hermotim. c. 15. Καὶ μή μοι τὸν νῦν δὴ τοῦτον σεαυτὸν ἐννόει, et paullo post ὁποῖος τότε ἦσθα ἰδιώτης καὶ κατὰ τὸν νῦν ἐμέ; quibus locis articulus cum vi quadam additus videtur, ut nostro etiam δὴ illud adiectum declarat. Iam si verba illa τὸν ἑαυτὸν — συγγραφεὺς apposita παρενθέτως accipias, velut quandam pronominis ἐπεξήγησιν, lucem suam, opinor, locus habebit. Nam ut unum hoc addam, illi legis laudatores, ἐπαινέται τοῦ συγγράμματος, sunt ipse Senatus populusque, quibus lex a politico scripta, probata est. — Denique haec extremo lo-

co pofita *οὐκοῦν ἐὰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής* parum accurate transtulit Ficinus: *quod fi approbetur, geftiens e theatro discedit tanquam poëta.* Locum illuftravit Dorvillius ad Charit. p. 289. qui vertendum ita docuit: *excedit e theatro auctor, fuafor, lator legis.* Athenis enim in theatro quoque faepius conciones haberi folitas; *τὸν ποιητὴν* autem de cuiusvis rei, non modo carminis auctore ufurpari. In qua eruditi viri explanatione unum eft, quod displiceat. Parum enim affequor, cur non potius Plato *ἐκ τῆς ἐκκλησίας* fcripferit, quum concionis in theatro habendae mos non effet ftatus atque perpetuus. Itaque vide, an forte verba haec, de poëta proprie accipienda, ufurpata hic fint per translationem quandam de legis fuafore, ut breviter fcripferit Plato, proprie ita fcripturus fuerit: *Γεγηθὼς ἀπέρχεται ὁ συγγραφεὺς ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ὥςπερ ποιητὴς ἐκ τοῦ θεάτρου.* Cuius rei fidem faciet, ni fallor, locus ille in Critia p. 37. ipfi laudatus Dorvillio, ubi Socrates, *προλέγω γε μὴν*, inquit, *σοὶ τὴν τοῦ θεάτρου διάνοιαν, ὅτι θαυμαστῶς ὁ πρότερος εὐδοκίμησεν ἐν αὐτῷ ποιητής.*

In pofteriore fermonis huius parte colloquium inter Socratem Phaedrumque de vera dicendi arte inftituitur, adhibitis iis, quae modo expofita funt, dicendi exemplis. Ac Socrati quidem illud in primis neceffarium videtur, ut, fi quis de re quapiam dicere aggrediatur, is eius rei et fingulas partes disperfas in unum aliquod genus redigere, et genus rurfum in partes fuas ex artis norma dispertiri queat. Sed ipfum audiamus edit. Steph. p. 265. Bip. 361. *Ἐμοὶ μὲν φαίνεται τὰ μὲν ἄλλα τῷ ὄντι παιδιᾷ πεπαῖσθαι· τούτων δέ τινῶν ἐκ τύχης ῥηθέντων δυοῖν εἴδοιν εἰ αὐτὴν τὴν δύναμιν τέχνῃ λαβεῖν δύναιτό τις, οὐκ ἄχαρι.* ΦΑΙ. *Τίνων δή;* ΣΩ. *Εἰς μίαν τε ἰδέαν συνορῶντα*

ἄγειν τὰ πολλαχῇ διεσπαρμένα· ἵνα ἕκαστον ὁριζόμενος δῆλον ποιῇ, περὶ οὗ ἂν ἀεὶ διδάσκειν ἐθέλῃ· ὥςπερ τανῦν δὴ περὶ Ἔρωτος, ὅ ἐστιν, ὁρισθὲν, εἴτ' εὖ εἴτε κακῶς ἐλέχθη· τὸ γοῦν σαφὲς καὶ τὸ αὐτὸ αὐτῷ ὁμολογούμενον, διὰ ταῦτα ἔσχεν εἰπεῖν ὁ λόγος. ΦΑΙ. Τὸ δ' ἕτερον δὴ εἶδος τί λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. Τὸ πάλιν κατ' εἴδη δύνασθαι διατέμνειν, κατ' ἄρθρα, ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνύναι μέρος μηδὲν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον· ἀλλὰ ὥςπερ ἄρτι τῷ λόγῳ τὸ ἄφρον τῆς διανοίας ἕν τι κοινῇ εἶδος ἐλαβέτην. ὥςπερ δὲ σώματος ἐξ ἑνὸς διπλᾶ καὶ ὁμώνυμα πέφυκε, σκαιὰ τάδε ἢ δεξιὰ κληθέντα· οὕτω καὶ τὸ τῆς παρανοίας ὡς ἐν ἡμῖν πεφυκὸς εἶδος ἡγησαμένω τὼ λόγω, ὁ μὲν, τὸ ἐπ' ἀριστερὰ τεμνόμενος μέρος, πάλιν τοῦτο τέμνων οὐκ ἐπανῆκε, πρὶν ἐν αὐτοῖς ἐφευρὼν ὀνομαζόμενον σκαιόν τινα ἔρωτα ἐλοιδόρησε μάλ' ἐν δίκῃ· ὁ δ' εἰς τὰ δεξιὰ τῆς μανίας ἀγαγὼν ἡμᾶς, ὁμώνυμον μὲν ἐκείνῳ, θεῶν δ' αὖ τινα ἔρωτα ἐφευρὼν καὶ προτεινάμενος ἐπήνεσεν, ὡς μεγίστων ἡμῖν αἴτιον ἀγαθῶν. Quatuor vitia in his verbis inesse putamus. Primum illud συνορῶντα ἄγειν mire dictum est. Fortasse Platonis manum restituo, quum corrigo ὁρῶντα συνάγειν, in quo facile errare potuit librarius. Deinde post ἐλέχθη commate distinguo, verbaque haec, ὅ ἐστιν, ὁρισθὲν, εἴτ' εὖ εἴτε κακῶς ἐλέχθη, intexta παρενθέτως, ὁρισθὲν autem pro accusativo, quem dicunt, absoluto accipio. Mox in hisce ἀλλὰ ὥςπερ ἄρτι τῷ λόγῳ τὸ ἄφρον τῆς διανοίας κ. τ. λ. foeda est macula. Scribe τὼ λόγω. Tum in verbis illis οὕτω καὶ τὸ τῆς παρανοίας ὡς ἐν ἡμῖν πεφυκὸς εἶδος omissa unius syllabae vocula sensu suo locum defraudavit. Repone ὡς ἓν ἐν ἡμῖν. Idem suadet Ficinus et ipse Plato, quum paullo ante sic scripsit: Τὼ λόγω τὸ ἄφρον τῆς διανοίας ἕν τι κοινῇ εἶδος ἐλαβέτην. Denique Ficinus post ἐλαβέτην perperam interpunxit. Commate hoc ab iis, quae sequuntur, non puncto separandum esse, totus structurae tenor

nor arguit. Haec igitur corrigere potius, quam illud *κατ' ἄρθρα* tentare Stephanus debebat. Scilicet *οἷον κατ' ἄρθρα* coniecit. Quidni *καὶ κατ' ἄρθρα*? Sed proba eſt ſcriptura. Nimirum qui *κατ' ἄρθρα, ᾗ πέφυκε,* rem quampiam in partes ſuas distribuit, is naturalem partium iuncturam ſequitur, articulatim rem disſolvit, non distrahit temere neque vi frangit.

Iuvabit, opinor, extremo quoque ſermone aliquot locis ſuum decus inſtauraſſe. Igitur in egregia illa et ſublimi de libris ſcribendis disputatione, in qua videor verum Socraticae disciplinae alumnum agnoſcere, praeclare ita Plato de ſapiente Steph. 276. Bip. 384. *Τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κήπους, ὡς ἔοικε, παιδιᾶς χάριν σπερεῖ τε καὶ γράψει· ὅταν δὲ γράφῃ, ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται, καὶ παντὶ τῷ ταὐτὸν ἴχνος μετιόντι, ἡσθήσεταί τε αὐτοὺς θεωρῶν φυομένους ἁπαλούς· ὅταν δὲ ἄλλοι παιδιαῖς ἄλλαις χρῶνται, συμποσίοις τε ἄρδοντες αὐτοὺς ἑτέροις τε ὅσα τούτων ἀδελφὰ, τότ' ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων οἷς λέγων παίζων διάξει.* Hunc locum in fine turpi vitio deformatum ita correximus, *τότ' ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων ἐν οἷς λέγω, παίζων διάξει.* Quemadmodum ſtatim infertur: *τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν.* Non ita multo poſt Socrates haec loquens inducitur Steph. 277. Bip. 386: *Τί δ' αὖ περὶ τοῦ καλὸν ἢ αἰσχρὸν εἶναι τὸ λόγους λέγειν τε καὶ γράφειν, καὶ ὅπῃ γιγνόμενον ἐν δίκῃ λέγοιτ' ἂν ὄνειδος; εἰ μὴ ἄρα οὐ δεδήλωκε τὰ λεχθέντα ὀλίγον ἔμπροσθεν.* Male haec vertit Hoogev. pag. 83. edit. Sch. *niſi forte, quae paullo ante dicta ſunt, rem ſatis declarant.* Ita potius vertenda erant: *niſi forte, quae paullo ante dicta ſunt, rem non ſatis declarant.* Sed ſubolet hic aliquid de mendo. Scribe *καὶ ὅπῃ γιγνόμε-*

νον ἐν δίκῃ λέγοιτ' ἂν ὄνειδος ἢ μή, ἆρα οὐ δεδήλωκε cet. Cui ſcripturae et Ficinus adſtipulatur ſic vertendo: *quomodo ſtudium hoc iure vituperari queat, quomodo nequeat*, et ipſe etiam Plato p. 347: Τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μὴ γράφειν. Pag. 349: Σκέψασθαι τὸν λόγον ὅπῃ καλῶς ἔχει λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ ὅπῃ μή, atque ita aliis locis. Mox in his verbis, *εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος πώποτε ἔγραψεν ἢ γράψει*, haud ſcio an *εἴτι* legendum ſit, quanquam *εἴτε* illud ſubſequente *ἢ* tueri poſſis ipſius Platonis auctoritate de legg. V. Steph. 139. Bip. 229: Ἡ *μὲν δὴ τοιαύτη πόλις, εἴτε που θεοὶ ἢ παῖδες θεῶν αὐτὴν οἰκοῦσι πλείονες ἑνός.*

Sermonis finem facturus Socrates Phaedrum edocet, quae Lyſiae ceterisque ſcriptoribus de ſcribendi arte dicenda habeat. Steph. 278. Bip. 388. Ibi quae leguntur *ὅτι νὼ καταβάντες ἐς τὸ* Νυμφῶν *νᾶμά τε καὶ* Μουσῶν *ἠκούσαμεν λόγων*, in iis duplex mendum inſedit. Nam pro *καταβάντες* manifeſto ſcribendum eſt *καταβάντε*, cuius erroris cauſa in promptu eſt; pro Μουσῶν autem veram ſcripturam offert Baſ. 2. quae *μουσεῖον* habet, elegantius ſane, quam quod a librario profectum arbitrere. Quippe Μουσῶν ſi retineas, mirere profecto, cur non ita potius ſcriptum ſit a Platone: *ἐς τὸ* Νυμφῶν *τε νᾶμα καὶ* Μουσῶν. Tum optimus ille Platonis emendandi auctor Ficinus ſcripſit *Muſarum coetum.* Atque prorſus ita apud Ariſtophanem Ran. 93. leguntur *χελιδόνων μουσεῖα*, ubi vid. Schol. Sed ne *ὅλῳ τῷ θυλάκῳ*, ſatis e Phaedro videmur attuliſſe, e quibus harum rerum periti de animadverſionibus noſtris exiſtiment. Ac veremur ſane, ne parum videamur modeſti, ſi alia his ex aliis ſermonibus petita adiecerimus. Sed quae pudor reticeri iubebat, prolata Platonis illuſtrandi ſtudium excuſabit.

In abstrusissimo igitur dialogo illo, qui Philebi titulum habet, non ita longe ab initio Socrates voluptatem varii et multiplicis generis esse statuit; aliam intemperantis esse, aliam modesti; alia stultum frui, alia sapientem; quas voluptates si qui similes inter se putet, eum iure pro stulto haberi. Tum is, quicum Socrates ibi disputat, Protarchus, *Εἰσὶ μὲν γὰρ*, inquit, *ἀπ' ἐναντίων, ὦ Σώκρατες, αὗται πραγμάτων, οὐ μὴν αὐταί γε ἀλλήλαις ἐναντίαι. πῶς γὰρ ἡδονή γε ἡδονῇ μὴ οὐχ ὁμοιότατον ἂν εἴη, τοῦτο αὐτὸ ἑαυτῷ πάντων χρημάτων;* Cui Socrates ita respondet: *Καὶ γὰρ χρῶμα, ὦ δαιμόνιε, χρώματι κατά γε αὐτὸ τοῦτ' οὐδὲν διοίσει τὸ χρῶμα εἶναι, τὸ πᾶν· τό γε μὴν μέλαν τῷ λευκῷ πάντας γιγνώσκομεν ὡς πρὸς τῷ διάφορον εἶναι, καὶ ἐναντιώτατον ὂν τυγχάνει· καὶ δὴ καὶ σχῆμα σχήματι κατὰ ταὐτὸν γένει μέν ἐστι πᾶν ἕν, τὰ δὲ μέρη τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, τὰ μὲν, ἐναντιώτατα ἀλλήλοις, τὰ δὲ διαφορότητα ἔχοντα μυρίαν που τυγχάνει. καὶ πόλλ' ἕτερα οὕτως ἔχονθ' εὑρήσομεν. ὥστε τούτῳ γε τῷ λόγῳ μὴ πίστευε, τῷ πάντα τὰ ἐναντιώτατα ἓν ποιοῦντι. Φοβοῦμαι δὲ, μή τινας ἡδονὰς ἡδοναῖς εὑρήσομεν ἐναντίας.* Assentitur Protarchus, *Ἴσως· ἀλλὰ τί τοῦθ' ἡμῖν βλάψει τὸν λόγον;* Tum Socrates: *Ὅτι*, inquit, *προσαγορεύεις αὐτὰ ἀνόμοια ὄντα, ἑτέρῳ, φήσομεν, ὀνόματι. λέγεις γὰρ ἀγαθὰ πάντα εἶναι τὰ ἡδέα. τὸ μὲν οὖν μὴ οὐχ ἡδέα εἶναι τὰ ἡδέα, λόγος οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ. κακὰ δὲ ὄντα αὐτῶν τὰ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δὲ, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ὅμως πάντα σὺ προσαγορεύεις ἀγαθὰ, αὐτὰ ὁμολογῶν εἶναι τῷ λόγῳ, εἴτις σε προσαναγκάζοι. τί οὖν δὴ ταὐτὸν ἐν ταῖς κακαῖς ὁμοίως καὶ ἐν ἀγαθαῖς ἐνὸν, πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις;* edit. Steph. p. 12 sq. Bip. T. IV. p. 211 sqq. Hic primum verborum illorum *καὶ γὰρ χρῶμα, ὦ δαιμόνιε, χρώματι — γένει μέν ἐστι πᾶν ἓν* contorta est, immo prorsus absurda structura: quae vide quantum mutata distinctione emendetur. Ita enim interpungendum: *Καὶ γὰρ*

χρῶμα, ὦ δαιμόνιε, χρώματι· (ſubaudi e praecedentibus ὁμοιότατον ἂν εἴη·) κατά γε αὐτὸ τοῦτ' οὐδὲν διοίσει τὸ χρῶμα εἶναι τὸ πᾶν· τόγε μὴν μέλαν — ὂν τυγχάνει. καὶ δὴ καὶ σχῆμα σχήματι· κατὰ ταὐτὸν γένει μέν ἐστι πᾶν ἕν, et quae his adduntur. Verum aliud hic latet vitium. Nam cetera qui accurate perlegerit, is in illis ἑτέρῳ, φήσομεν, ὀνόματι valde haerebit. Equidem certe, illud ἑτέρῳ quid ſit, plane non asſequor. Nimirum non ἑτέρῳ, ſed uno bonorum nomine, ἑνί γε τῷ ὀνόματι disſimilia iſta voluptatis genera Protarchus appellaverat. Hoc igitur reponendum ſententiamque Platonis huiusmodi eſſe putamus: Dicemus, te disſimilia iſta uno aliquo nomine comprehendere, in eoque te reprehendemus. Ac ſimili prorſus ratione et infra in eodem ſermone p. 256: Οὕτω πολὺ διαφέροντα ταῦθ' ἑνὶ προσαγορεύομεν ὀνόματι. Illud autem ἑνί γε τῷ Atticum eſſe docti ſciunt. Ariſtoph. Plut. 402: Τὸν Πλοῦτον, ὥσπερ τὸ πρότερον, ἑνί γε τῷ τρόπῳ βλέψαι ποιησόμεν. Qui locus Phaedri noſtri emendationem ſuppeditat. Ibi enim Steph. 242. Bip. 311. pro ἑνί γε τρόπῳ Stephanus, vitium odoratus, legendum cenſuit vel τινί γε τρόπῳ, vel ἑνί γέ τινι τρόπῳ. Nos ἑνί γε τῷ τρόπῳ repoſuimus.

Mox in eadem Socratis Protarchique de voluptatibus disputatione alius occurrit locus, itidem paullulum depravatus. Nam ibi haec leguntur Steph. 14. Bip. 214: Τὴν τοίνυν διαφορότητα, ὦ Πρώταρχε, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ, μὴ ἀποκρυπτόμενοι, κατατιθέντες δὲ εἰς τὸ μέσον τολμῶμεν, ἄν πη ἐλεγχόμενοι μηνύσωσι, πότερον ἡδονὴν τ' ἀγαθὸν δεῖ λέγειν ἢ τι τρίτον ἄλλο εἶναι· νῦν γὰρ οὐ δήπου πρός γε αὐτὸ τοῦτο ὃ φιλονεικοῦμεν, ὅπως ἃ 'γὼ τίθεμαι, ταῦτ' ἔσται τὰ νικῶντα, ἢ ταῦθ' ἃ σύ. Illud igitur ἐλεγχόμενοι utcunque interpretabere, nihili erit.

Reponendum opinor ἐλεγχόμενω; intellexit autem τὸ ἀγαθὸν illud utrumque, τὸ ἐμὸν καὶ τὸ σόν. Deinde ὃ illud, quod vocem φιλονεικοῦμεν antecedit, eiiciendum patet.

Leviora praetermitto. In eodem Philebo paullo post deducitur sermo ad spinosum illud et tortuosum disputandi genus de rerum unitate et universitate (περὶ ἑνὸς καὶ πολλῶν.) Hic quum de proprio mentis humanae artificio agitur, quo res singulares ad certa genera certasque species revocantur, genera autem in suas partes rursus dissolvuntur, haec infert Plato Steph. 18. Bip. 222: Ὥσπερ ἓν ὁτιοῦν εἴτις ποτὲ λάβοι, τοῦτον, ὥς φαμὲν, οὐκ ἐπ' ἀπείρου δεῖ φύσιν βλέπειν εὐθὺς, ἀλλ' ἐπί τινα ἀριθμόν· οὕτω καὶ τοὐναντίον, ὅταν τὶς τὸ ἄπειρον ἀναγκασθῇ πρῶτον λαμβάνειν, μὴ ἐπὶ τὸ ἓν εὐθὺς, ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὖ τινα πλῆθος ἕκαστον ἔχοντά τι κατανοεῖν, τελευτᾷν τε ἐκ πάντων εἰς ἕν. Postrema igitur loci huius verba videntur nobis correctione aliqua indigere. Scribimus ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὖ τινα (int. δεῖ βλέπειν) πλῆθος ἑκάστων ἔχοντά τι κατανοεῖν; in quo accusativus ἔχοντα referendus est ad infinitivum βλέπειν, e superioribus subaudiendum.

Ἔτι δὴ καὶ τόδε περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα κατανοήσωμεν. βίου γὰρ εἶδός τί μοι φαίνεται βουλεύεσθαι δηλοῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν τούτοις αὐτοῖς. Steph. 35. Bip. 258. βουλεύεσθαι depravatum est. Scribendum βούλεσθαι; cuius permutationis non desunt exempla. Ita eodem sermone Steph. 50. Bip. 289. in verbis hisce τανῦν δὲ ἐπὶ τὰ λοιπὰ βουλεύομαι στέλλεσθαι repone βούλομαι. Plat. de legg. IV. Steph. 718. Bip. T. VIII. 189. pro ξυμβουληθέντων θεῶν rescribe ξυμβουλευθέντων. Eandem mendam recte expulit Stephanus Phaedro 231. Bip. 289. et Protag. 333. Bip. T. VIII. p. 134.

Extremo hoc ſermone totius diſputationis ſumma conficitur. In quo ita honeſte de veritate et virtute loquentem Socratem ſuum inducit Plato, ut, quidquid ex moleſta prioris ſermonis lectione taedii ſuperſit, id ad exitum venienti repente auferat ſanctus ille et amabilis Socratici philoſophi ſpiritus. Quo magis operae pretium facturi videmur, ſi pro virili parte, quantula ea cumque eſt, opis huc aliquid afferre ſtudeamus. Iam audi divinam Socratis vocem: Πάντη δὴ φήσεις, ὦ Πρώταρχε, ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, ὡς ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον, οὐδ' αὖ δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μὲν πη περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτρον καὶ καίριον, καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν τὴν ἀΐδιον εἰρῆσθαι φύσιν. Steph. 66. Bip. 320. Tria hic depravate leguntur. Nam pro πάντη legendum πάντι, etiam monente Ficino. Tum ἀγγέλων unde pendeat, non apparet. Repono ἀγγέλον. Denique εἰρῆσθαι in εὑρῆσθαι mutandum eſſe unusquisque intelliget. — Mox ita Socrates: Οὐκοῦν παντάπασιν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ νοῦς ἀπήλλακτο καὶ ἡδονὴ, μήτοι τἀγαθόν γε αὐτὸ μηδ' ἕτερον αὐτοῖν εἶναι στερομένων αὐταρκείας καὶ τῆς τοῦ ἱκανοῦ καὶ τελείου δυνάμεως. Steph. 67. Bip. 322. Paullulum haec de priſtina integritate deflexerunt. Pro αὐτὸ enim αὐτῶ (νοῦς καὶ ἡδονὴ) pro στερομένων ſi στερομένον ſcripſeris, plana omnia feceris. — Sequitur in exitu pulcherrimus locus, ubi ut graviter, ita iocoſe, hunc in modum Socrates loquitur: Οὐκοῦν πέμπτον κατὰ τὴν κρίσιν, ἣν νῦν ὁ λόγος ἀπεφήνατο, γίγνοιτ' ἂν ἡ τῆς ἡδονῆς δύναμις. — Πρῶτον δέ γε οὐκ ἂν οἱ πάντες βόες τε καὶ ἵπποι καὶ τἆλλα ξύμπαντα θηρία φῶσι τῷ τὸ χαίρειν διώκειν· οἷς πιστεύοντες, ὥσπερ μάντεις ὄρνισιν, οἱ πολλοὶ κρίνουσι τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῖν εὖ κρατίστας εἶναι· καὶ τοὺς θηρίων ἔρωτας οἴονται κυρίους εἶναι μάρτυρας μᾶλλον, ἢ τοὺς τῶν ἐν Μούσῃ φιλοσόφῳ μεμαντευμένων ἑκάστοτε λόγων. Steph. 67. Bip. 322. Stephanus

Ficino obſecutus, poſt διώκειν interrogandi notam ponendam cenſuit, in quo lapſus eſt egregius ceteroquin veterum emendator. Comma potius poſt οὐκ inſerendum, ſubaudiendumque e verbis praecedentibus γίγνοιτ' ἄν. Sed gravior hic latet menda. Nam quid facies verbis illis φῶσι τῷ τὸ χαίρειν διώκειν. Nimirum mutata una litterula ſtatim loci huius venuſtatem percipies. Scribe πρῶτον δέ γε οὐκ, ἂν ἅπαντες βόες τε καὶ ἵπποι καὶ τἄλλα ξύμπαντα θηρία φῶσι, τὸ τὸ χαίρειν διώκειν.

Omnium, quotquot Plato ſcripſit, ſermonum neſcio an nullus ſit aut explicatu facilior aut lectu iucundior eo, qui Hippiae maioris inſcriptionem habet. In quo maxime admirere egregium temperamentum, quo venuſtam illam et iocoſam ridiculi ſophiſtae cavillationem cum gravitate quadam et dignitate urbaniſſimus ſcriptor permiſcuit. Sed virtutes dialogi ſingulatim exquirere, non eſt huius loci. Id potius operam dabimus, ut, quae in eo corrupte leguntur, quae quidem et pauciora eſſe et leviuscula nobis videntur, maxima ex parte in priſtinum nitorem reſtituamus. Initio igitur, ubi ſophiſta munerum ſuorum, quibus publice fungitur, magnitudine ſe iactat, lepide Socrates τοιοῦτον μέντοι, inquit, ὦ Ἱππία ἐστὶ τὸ τῇ ἀληθείᾳ σοφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι. Steph. 281. Bip. T. XI. p. 4. Hic μέντοι illud licet defendi queat, tamen praeſtabit μέν τι. Atque ita corrigendus videtur locus ille, qui infra ſequitur Steph. 286. Bip. 16. ubi Socrates: Οἶσθα γὰρ δή που σαφῶς, καὶ σμικρόν τί που (ita vere Baſ. 2.) τοῦτ' ἂν εἴη μάθημα ὧν σὺ τῶν πολλῶν ἐπίστασαι. Reſpondet Hippias: Μικρὸν μέντοι, νὴ Δί', ὦ Σώκρατες. καὶ οὐδένος ἄξιον, ὡς ἔπος εἰπεῖν. Scribe σμικρὸν μέν τι. Eadem medela ſananda ſunt illa in Plat. Theaeteto Steph. 181. Bip. T. II. 132. ἀμφό-

τεροι ἂν φανῶσι μηδὲν μέτριον λέγοντες, γελοῖοι ἐσόμεθα, ἡγούμενοι ἡμᾶς μέντοι λέγειν φαύλους ὄντας. Manifesto reponendum μέν τι.

Mox fermo eft de ingenti fophiftarum artis incremento. Ibi fuaviffimus ille cavillator ita loquitur. Steph. 281. Bip. 5: Εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν, ὦ Ἱππία, ὁ Βίας ἀναβιῴη, γέλωτ' ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς. ὥςπερ καὶ τὸν Δαίδαλον φασὶν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ νῦν, εἰ γενόμενος τοιαῦτ' ἐργάζοιτο, οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι. Interpunge: Οἱ ἀνδριαντοποιοί, νῦν εἰ γενόμενος — quod et fenfus fuadet, et illa τοῦ νῦν collocatio poftulat. Nam aliter fcripfiffet οἱ νῦν ἀνδριαντοποιοί.

Steph. 283. Bip. 8. ubi haec leguntur τῶν γὰρ προτέρων περὶ Ἀναξαγόρου λέγεται πολλὴ ἀμαθία κατὰ τὸν σὸν λόγον, recte ineptum illud Ἀναξαγόρου Sydenhamus induxit. Mox haec fequuntur: τόδε δέ μοι εἰπὲ, σὺ αὐτὸς πόθεν πλεῖστον ἀργύριον εἰργάσω τῶν πόλεων εἰς ἃς ἀφικνῇ; ἢ δῆλον ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος; οὗπερ καὶ πλειστάκις ἀφῖξαι. Scripfimus ἦ δῆλον ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος, οἷπερ κ. τ. α.

Steph. 284. Bip. 2: Τί δέ; οὐχ ὡς ἀγαθὸν μέγιστον πόλει τίθενται τὸν νόμον οἱ τιθέμενοι; Malim μέγιστον ὂν πόλει. Quod vitium quoniam multis locis animadvertiffe videor, nonnulla hic indicabo. In Phaedro igitur Steph. 268. Bip. IX. 357. fcribe καὶ αὖθις ὡς μέγιστον ὂν τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει. Steph. 269. Bip. 369: Τὸ δὲ ἕκαστα τούτων πιθανῶς λέγειν τε καὶ τὸ ὅλον συνίστασθαι, οὐδὲν ἔργον αὐτοὺς δεῖν παρ' ἑαυτῶν τοὺς μαθητὰς σφῶν πορίζεσθαι ἐν τοῖς λόγοις. Repone οὐδὲν ἔργον ὄν, idque παρενθέτως appofitum accipe, quae una ratio eft ftructurae huius loci expediendae. Gorg. Steph. 502. Bip. IV. 120: Εἰ δέ τι τυγχάνει ἀηδὲς καὶ ὠφέλιμον. Adde ὄν.

Steph. 285. Bip. 14: Ναὶ μὰ Δία, ὦ Ἱππία, εὐτύχηκάς γε, ὅτι γε Λακεδαιμόνιοι οὐ χαίρουσιν, ἄν τις αὐτοῖς ἀπὸ Σόλωνος τοὺς ἄρχοντες τοὺς ἡμετέρους καταλέγῃ· εἰ δὲ μὴ, πράγματ' ἂν εἶχες ἐκμανθάνων. Hic ne idem, quod nobis olim, cuiquam accidat, ut μὴ illud in verbis εἰ δὲ μὴ delendum putet, afferamus alios aliquot eiusdem modi locos. Phaedr. St. 241. Bip. 309: Ἠγνοηκὼς τὸ ἅπαν ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐκ ἄρα ἔδει ποτὲ ἐρῶντι καὶ ὑπ' ἀνάγκης ἀνοήτῳ χαρίζεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μὴ ἐρῶντι καὶ νοῦν ἔχοντι· εἰ δὲ μὴ, ἀναγκαῖον εἴη ἐνδοῦναι ἑαυτὸν ἀπίστῳ, δυσκόλῳ κ. τ. α. de Rep. VII. Steph. 521. Bip. VII. 140: Ἀλλὰ μέντοι δεῖ γε μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν ἰέναι ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μὴ, οἵγε ἀντερασταὶ μαχοῦνται. Dio Chryſoſt. orat. VII. p. 103. et Morell.: Ἡμῖν δὲ ἀργύριον οὐκ ἦν, ἀλλ' ἀπωμοσάμην μὴ ἔχειν· εἰ δὲ μὴ, δεδωκέναι ἄν.

Steph. 287. Bip. 17: Ὃ νῦν δὴ εἶπον, οὐ μέγα ἐστὶ τὸ ἐρώτημα· ἀλλὰ καὶ πολὺ τούτου χαλεπώτερον ἂν ἀποκρίνασθαι ἐγώ σε διδάξαιμι. Mirere hic Stephanum, virum Graece doctiſſimum, haec ſcribentem: *deeſſe puto praepoſitionem* πρὸς *ante* πολὺ, *et cum* χαλεπώτερον *ſubaudiri vocem praecedentem* ἐρώτημα. Eadem enim pagina, Bip. 18. ſequuntur haec: Ἄλλοτι οὖν, ἂν ἐγὼ τοῦτο ἀποκρίνωμαι, τὸ ἐρωτώμενόν τε ἀποκεκριμένος ἔσομαι καὶ ὀρθῶς. Alcib. 1. Steph. 106. Bip. V. 10: Εἰ (ſcr. ἢ) χαλεπὸν δοκεῖ τὸ ἀποκρίνασθαι τὰ ἐρωτώμενα. Xenoph. Cyrop. V. 5. 21: Εἰ μηδὲ τοῦτο βούλει ἀποκρίνασθαι σὺ τοῦτο τοὐντεῦθεν λέγε.

Steph. 289. Bip. 21: Εἶεν, μανθάνω, ὦ Ἱππία, ὡς ἄρα χρὴ ἡμᾶς ἀντιλέγειν πρὸς τὸν ταῦτα ἐρωτῶντα, τάδε, ὦ ἄνθρωπε, ἀγνοεῖς ὅτι κ. τ. λ. Interpunge: ἐρωτῶντα τάδε· ὦ ἄνθρωπε κ. τ. λ.

Steph. 290. Bip. 23: Καὶ ἐγὼ, τί μάλιστα, φήσω. Ὅτι, ἐρεῖ, τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐ χρυσοῦς ἐποίησεν, οὐδὲ τὸ ἄλλο πρόσωπον, οὐδὲ τοὺς πόδας, οὐδὲ τὰς χεῖρας, (εἴπερ χρυσοῦν γε δὴ ὂν κάλλιστον ἔμελλε φαίνεσθαι,) ἀλλ' ἐλεφάντινον. δῆλον ὅτι τοῦτο ὑπὸ ἀμαθίας ἐξήμαρτεν. Hic aut ita mutanda eſt verborum diſtinctio: Ὅτι — ἐλεφάντινον, δῆλον ὅτι, aut, quod malim, ſcribendum δῆλον ὂν ὅτι.

Steph. 291. Bip. 26: Βούλει σοὶ εἴπω, ὦ Σώκρατες, ὃ εἰπὼν εἶναι τὸ καλὸν ἀπαλλάξεις αὐτὸν τῶν πολλῶν λόγων. Leni medela loco huic decus ſuum reſtitues. Scribe ἀπαλλάξεις σαυτὸν. Ita p. 303. Bip. 53: Εὖγε σὺ ποιῶν, ὦ Ἱππία· ἵνα καὶ ἀπαλλαγῶμεν πλείονος ζητήσεως.

Steph. 294. Bip. 32: Τούτῳ (τῷ ὑπερέχοντι) γὰρ πάντα μεγάλα ἐστί· καὶ ἂν μὴ φαίνεται, ὑπερέχῃ δὲ, ἀνάγκη αὐτοῖς μεγάλοις εἶναι. Corrige φαίνηται. Ut in Theaetet. Steph. 183. Bip. 157: Ἐάν πέρ γε βούλεται, ſcribendum βούληται.

Steph. 296. Bip. 37: Ἀλλὰ μέντοι δυνάμει γε δύνανται οἱ δυνάμενοι. οὐ γάρ πω ἀδυναμίᾳ γε. Repone οὐ γάρ που. Qua ratione ſanandum puto locum, qui infra infertur Steph. 299. Bip. 45: οὐ γάρ πω διὰ τοῦτο καλή ἐστιν ἡ ἡδονὴ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, ὅτι δι' ὄψεως ἐστίν.

Steph. 296. Bip. 38: Ἐκεῖνο μὲν τοίνυν οἴχεται, τὸ δυνατόν τε καὶ χρήσιμον ἁπλῶς εἶναι καλόν. ἀλλ' ἆρα τοῦτ' ἦν ἐκεῖνο, ὦ Ἱππία, ὃ ἐβούλετο ἡμῶν ἡ ψυχὴ εἰπεῖν, ὅτι τὸ χρήσιμόν τε καὶ τὸ δυνατὸν ἐπὶ τὸ ἀγαθόν τι ποιῆσαι τοῦτ' ἐστὶ τὸ καλόν. In ordine horum verborum vitii aliquid haeret. Scripſit Plato ὅτι τὸ δυνατόν τε καὶ τὸ χρήσιμον ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν — Cuiusmo-

di verborum transpoſitione videtur nobis egere locus quidam in Ciceronis ad Atticum Epiſtolis I. 19. quem non alienum fuerit huc apponere. *Neque enim illae res aut ita ſunt obſcurae, ut teſtimonium, aut ita dubiae, ut laudationem deſiderent.* A Cicerone ita ſcriptum putamus: *aut ita ſunt dubiae, ut teſtimonium, aut ita obſcurae, ut laudationem deſiderent.*

Steph. 297. Bip, 41: Ὅρα εἰ ὃ ἂν χαίρειν ἡμᾶς ποιῇ, (μήτι πάσας τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ὃ ἂν διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὄψεως) τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν. πῶς τι ἄρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα; Hunc locum fuit quum ita conſtituendum putarem, nec me meae nunc poenitet coniecturae: Ὅρα εἰ — ποιῇ (μή τοι πάσας — ὄψεως) τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν πως. Τί γὰρ ἂν ἀγνωνιζοίμεθα;

Steph. 298. Bip. 42: Κινδυνεύομεν γάρ τοι ἐν τῇ αὐτῇ ἐμπεπτωκότες ἀπορίᾳ περὶ τοῦ καλοῦ, ἐν ᾗπερ νῦν δὴ, οἴεσθαι ἐν ἄλλῃ τινὶ εὐπορίᾳ εἶναι. Hic εὐπορίᾳ illud inculcatum eſt ab inepto gloſſatore, qui illud νῦν δὴ, *paullo ante*, parum intelligeret, neque illam Socratis disputationem ſatis perſpexiſſet.

Steph. 299. Bip. 44: Καλῶς δὴ λέγετε, φήσει. οὐκοῦν εἴπερ τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ καλόν ἐστιν· ὃ μὴ τοῦτο τυγχάνει ὂν τῶν ἡδέων, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν καλὸν εἴη. Legendum videtur ὃ μὴ τοιοῦτο τυγχάνει ὄν.

Steph. 299. et 300. Bip. 45: Οὐ — διὰ τοῦτο καλή ἐστιν ἡ ἡδονὴ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, ὅτι δι' ὄψεως ἐστίν. εἰ γὰρ τοῦτο αὐτῇ ἦν τὸ αἴτιον καλῇ εἶναι, οὐκ ἄν ποτε ἦν ἡ ἑτέρα, ἡ διὰ τῆς ἀκοῆς, καλή. οὔκουν ἔτι γε δι' ὄψεως ἡδονή. Hic neque illud ἐστί γε, quod Stephanus in vetere quodam libro repertum probavit, neque Cornarii emendationem, οὐκ οὖσα ἔτι γε, am-

plectendam puto. Malim quidem pro ἔτι γε legere ὅτι γε; idemque paullo poſt reponendum arbitror in verbis his οὔκουν ἔτι γε δι' ἀκῆς ἡδονή.

Steph. 301. Bip. 48: Ἔτι τοίνυν εἰ χρυσοῖ ἂν ἢ ἀργυροῖ ἢ ἐλεφάντινοι, εἰ δὲ βούλει, γενναῖοι ἢ σοφοὶ ἢ τίμιοι ἢ γέροντές γε ἢ νέοι ἢ ἄλλο ὅτι βούλει τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀμφότεροι τύχοιμεν ὄντες· ἆρ' οὐ μεγάλη ἀνάγκη καὶ ἑκάτερον ἡμῶν τοῦτο εἶναι. Una in his verbis ſyllaba videtur redundare. Illud γε, quod vocabulum γέροντες ſubſequitur, male repetitum eſt a librario.

Steph. 302. Bip. 50: Καὶ γὰρ ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι ἡ διὰ τῆς ὄψεως καὶ δι' ἀκοῆς ἡδονὴ οὐ τούτῳ ἂν εἶεν καλαί, ὅτι τυγχάνοιεν ἑκατέρα μὲν αὐτῶν εἶναι πεπονθυῖα, ἀμφότεραι δὲ μή· ἢ ἀμφότεραι μέν, ἑκατέρα δὲ μή· ἀλλ' ἐκείνῳ ᾧ ἀμφότεραί τε καὶ ἑκατέρα. Reſcribe ἐκείνῳ ὃ ἀμφότεραι — —

Protuli ea ſermonis huius loca, quae et manifeſtis quibusdam vitiis laborare et facilem habere correctionem viderentur. Nam reſtant quaedam, quae occultiori corruptione depravata aut librorum opem, aut excellentis critici ingenium requirant. Igitur quod facere inſtitui, in eo pergam, atque his pauca quaedam ſubiungam e priori parte librorum Platonis de Legibus. Qui quidem libri ita ſingularem prorſus habent formam coloremque dicendi, ut ſi quis finita aurei illius de re publica operis lectione ad eos accedat, is vix eiusdem ſcriptoris manum videre ſibi videatur. Certe quum ceteris in libris fere omnibus non disſerendi magis ſubtilitatem, quam dicendi elegantiam ſuavitatemque conſectatus ſit Plato, in hac operoſa de rebus graviſſimis disputatione prae philoſophandi arte illam di-

cendi rationem videtur prope contempſiſſe. Quod ne quis iniquius a nobis dictum exiſtimet, uno tenore hos libros legere inſtituat; ſic facillime, quanta ſaepe ſit orationis obſcuritas legendique moleſtia, indicabit. Atque iniqua quadam fortuna factum eſt, ut qui libri ſatis per ſe ipſi difficiles ſunt ad intelligendum, in iis magna quaedam inſederit graviſſimarum mendarum multitudo. Quarum etſi non exiguam partem feliciter ſuſtulit Stephanus, qui in reſtituendis his libris accuratius quam in alio Platonis ullo elaboravit, ſuperſunt tamen plurimae, quas absque librorum veterum auxilio perſanari poſſe deſperes. Equidem quas deprehendiſſe mihi videor, earum aliquas breviter hic exponam.

Lib. 1. Steph. 630. Bip. 16: *Ὁ τῇδε παρὰ Διὸς νομοθέτης πᾶς τε οὗ καὶ σμικρὸν ὄφελος, οὐκ ἄλλο ἢ πρὸς τὴν μεγίστην ἀρετὴν μάλιστα βλέπων ἀεὶ θήσει τοὺς νόμους.* Inepte hic Bipontini editores de ſtructurae negligentia ſomniant. Vitium odoratus eſt Stephanus, qui *οὐ πρὸς ἄλλο* legendum coniecit. Tu lege *οὐκ ἄλλοσε ἤ*, quemadmodum ſcripſit in Theaeteto Steph. 202. Bip. II. 178: *ἢ οἴει ἄλλοσέ ποι βλέποντα ταῦτα εἰπεῖν τὸν εἰπόντα ἃ λέγομεν.* Tum in verbis, quae ſtatim poſt inferuntur, *ἔστι δὲ, ὥς φησὶ Θέογνις, αὕτη πιστότης ἐν τοῖς δεινοῖς*, legerim *πιστότης τις ἐν τοῖς δεινοῖς.*

Steph. 647. Bip. 50: *Ἆρ' οὖν οὐκ ἂν νομοθέτης καὶ πᾶς, οὗ καὶ σμικρὸν ὄφελος, τοῦτον τὸν φόβον ἐν τιμῇ μεγίστῃ σέβει, καὶ καλῶν αἰδῶ, τὸ τούτων θάῤῥος ἐναντίον ἀναίδειαν προσαγορεύει.* In promptu eſt librarii error. Reſtitui *τὸ τούτῳ θάῤῥος ἐναντίον.* Mox haec ſequuntur: *καὶ μὴν ἄφοβόν γε ἕκαστον βουληθέντες ποιεῖν, φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες αὐτὸν μετὰ νόμου, τοιοῦτον ἀπεργαζόμεθα.* Hic illa εἰς

φόβον φόβων non concoquo, ſuſpicorque a Platone ſcriptum fuiſſe φοβερῶν πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες.

Steph. 649. Bip. 54: Τῆς ἀφοβίας καὶ τοῦ λίαν θαῤῥεῖν καὶ ἀκαίρως, ἃ μὴ χρὴ, πότερον ἔστι (τι?) πόμα; ἢ πῶς λέγομεν; Ἔστι, φήσει πού τὸν οἶνον ὁ φράζων. Fortaſſe reſcribendum ἔστι, φήσει που, τὸν οἶνον φράζων. Eandem fere medelam deſiderat locus in Gorgia Steph. 506. Bip. IV. 128. Verba haec ſunt ἄν τι φαίνηται ὁ λέγων ἀμφισβητῶν ἐμοὶ, ἐγὼ πρῶτος συγχωρήσομαι. Scilicet Plato ſcripſit ἄν τι φαίνηται λέγων ὁ ἀμφισβητῶν.

Lib. II. Steph. 656. Bip. 65: Μῶν οὖν τι βλάβην ἔσθ' ἥντινα φέρει τῷ χαίροντι πονηρίας ἢ σχήμασιν ἢ μέλεσιν; ἢ τιν' ὠφέλειαν αὐτοῖς πρὸς τἀναντία τὰς ἡδονὰς ἀποδεχομένοις; Leniſſima hoc loco opus eſt mutatione. Pro αὐτοῖς ſcribe αὖ τοῖς.

Steph. 658. Bip. 70: Ῥαψωδὸν δὲ, καλῶς Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν ἤ τι τῶν Ἡσιοδείων διατιθέντα, τάχ' ἂν ἡμεῖς οἱ γέροντες ἥδιστα ἀκούσαντες, νικᾷν ἂν φαῖμεν πάμπολυ. τίς οὖν ὀρθῶς ἂν νενικηκὼς εἴη τὸ μετὰ τοῦτο; ἦ γάρ; Ναί. Extrema haec verba quin depravationis aliquid habeant, dubitari non poteſt. Atque miror, Stephano emendationem non ſuccurriſſe. Quippe aut plane nos fallit opinio, aut Plato ita ſcripſit: τίς οὖν ὀρθῶς ἂν νενικηκὼς εἴη, τὸ μετὰ τοῦτο, λεκτέον. ἦ γάρ; Ναί. Quae loquendi ratio apud Platonem tritiſſima eſt, ut in Phaedr. Steph. 262. Bip. 355: Παῦσαι. τί δὴ οὖν οὗτος ἁμαρτάναι καὶ ἄτεχνον ποιεῖ, λεκτέον. ἦ γάρ; Ναί.

Steph. 668. Bip. 90: Οὐ γὰρ εἴ τῳ δοκεῖ, ἢ μὴ τις χαίρει τῳ, τόγε ἴσον, οὐδὲ τὸ σύμμετρον ἂν εἴη σύμ-

μετρον ὅλως. Hunc locum una macula Cornarius videtur liberaſſe, quum Ficinum ſecutus legi iubet ἤ τις χαίρει τῷ; alteram ſatis apertam non vidit. Nimirum Platonis manum reſtitues ita ſcribendo: τόγε ἴσον ἴσον, οὐδὲ τὸ σύμμετρον — — ὅλως. Mox haec leguntur μιμήσεως γὰρ ἦν, ὥς ἔφαμεν, ὀρθότητος, εἰ τὸ μιμηθὲν, ὅσον τε καὶ οἷον ἦν, ἀποτελοῖτο. Tu lege ὀρθότης τις, εἰ —

Steph. 668. Bip. 91: Λέγω τὸ τοιόνδε, οἷον τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος καὶ ἑκάστων τῶν μερῶν τὰς θέσεις ἣ ἔχει, ὅσοι τέ εἰσι καὶ ὁποῖα παρ' ὁποῖα αὐτῶν κείμενα τὴν προσήκουσαν τάξιν ἀπείληφε, καὶ ἔτι δὴ χρώματά τε καὶ σχήματα· ἢ πάντα ταῦτα τεταραγμένως εἴργασται. Hic pro ἢ πάντα ſcribendum puto ἢ εἰ πάντα. Deinde illi ἀριθμοὶ τοῦ σώματος quid ſibi velint, plane non asſequor. Sed vide, an legendum ſit ῥυθμούς.

Steph. 671. Bip. 98: Οὐκοῦν εἴγε εἴη τοιαύτη μὲν μέθη, τοιαύτη δὲ παιδιὰ μῶν οὐκ ὠφεληθέντες ἂν οἱ τοιοῦτοι συμπόται καὶ μᾶλλον φίλοι, ἢ πρότερον, ἀπαλλάττοιντο ἀλλήλων — —; Ὀρθῶς, εἴγε δὴ εἴη ἐπὶ τοιαύτη οἵαν νῦν λέγεις. Ficinus quum poſtrema loci huius verba ita transtulit: *ſic certe, ſi talis eſſet ebrietas, qualem modo narrabas*, videtur illa hunc in modum legiſſe: Ὀρθῶς, εἴγε δὴ εἴη τοιαύτη, οἵαν νῦν λέγεις. His quae paullo poſt ſubiiciuntur, καὶ γὰρ ἔτι πλείω τὶς ἂν ἐπεξέλθοι λέγων· ἐκεὶ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν ὃ δωρεῖται, λέγειν μὲν ὄκνος εἰς τοὺς πολλοὺς κ. τ. α., in iis unius voculae unam litterulam depravatam opinor. Pro ἐκεὶ reponendum eſt ἐπεὶ.

Lib. III. Steph. 682. Bip. 116: Θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ἐνθεαστικὸν ὂν γένος ὑμνῳδοῦν πολλῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν γιγνομένων ξύν τισι Χάρισι καὶ

Μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε. Hic verba illa τὸ ποιητικὸν aut ſuo loco turbata ſunt atque ſic reponenda: θεῖον γὰρ οὖν δὴ τὸ ποιητικὸν καὶ ἐνθ.; aut, quod valde ſuſpicor, ex gloſſematis annotatione in textum migrarunt.

Steph. 698. Bip. 150: Συνάψαντες γὰρ ἄρα τὰς χεῖρας σαγηνεύσαιεν πᾶσαν τὴν Ἐρετρικὴν οἱ στρατιῶται τοῦ Δάτιδος. Vocabulum ἄρα probum non puto, pro quo fortaſſe reſtituendum eſt ἅμα.

Steph. 699. Bip. 152: Ὁ φόβος ὃ τότε παρὼν, ὅ, τε ἐκ τῶν νόμων, τῶν ἔμπροσθεν γεγονὼς, ὃν δουλεύοντες τοῖς πρόσθεν νόμοις ἐκέκτηντο, ἣν αἰδῶ πολλάκις ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴπομεν· ᾗ καὶ δουλεύειν ἔφαμεν δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι· ἧς ὁ δειλὸς ἐλεύθερος καὶ ἄφοβος. ὃν εἰ τότε μὴ δέος ἔλαβεν, οὐκ ἄν ποτε ξυνελθὼν ἠμύνατο. Sanitatem huius loci reſtitues ita: ἧς ὁ δοῦλος — ἄφοβος. ὃν εἰ τὸ τότε — δέος κ.τ.α.

Steph. 700. Bip. 154: Ταῦτ' οὖν οὕτω τεταγμένως ἤθελεν ἄρχεσθαι τῶν πολιτῶν τὸ πλῆθος — Nobi Plato videtur ſcripſiſſe τούτων οὕτω τεταγμένων.

Lib. IV. Steph. 709. Bip. 171: Ταῦτα δὴ πάντα προϊδών τις ἀΐξειεν ἂν εἰπεῖν, ὁ ἐγὼ νῦν δή. Hic fuit quum ἀξιώσειεν pro ἀΐξειεν legendum arbitrarer. Nunc pro εἰπεῖν malim εἰπών. Deinde ubi de vi fortunae et artis in vita humana disputatur, haec dicuntur a Platone: Οὐκοῦν ὅγε πρὸς ἕκαστόν τι τῶν εἰρημένων ἔχων τὴν τέχνην, κἂν εὔξασθαί που δύναιτο ὀρθῶς τι παρὸν αὐτῷ διὰ τύχης, τῆς τέχνης ἂν μόνου ἐπιδέοι. In quibus, non dubito, quin extrema verba vitioſa ſint, totaque ſententiarum conſecutione accurate perpenſa in eam adducor opinionem, ut cum

cum Stephano ὃ παρὸν ſcribendum, deinde pro ἐπιδέοι reponendum ἔτι δέοι putem.

Steph. 714. Bip. 181: Δημοκρατία ψυχὴν ἔχουσα ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ὀρεγομένην καὶ πληροῦσθαι τούτων δεομένην, στέγουσαν δὲ οὐδὲν, ἀλλ' ἀνηνύτῳ καὶ ἀπλήστῳ κακῷ νοσήματι ξυνεχομένην. — Repone ἀπλήστῳ κακῶν νοσήματι. Eadem pagina haec leguntur: οὔτε γὰρ πρὸς τὸν πόλεμον οὔτε πρὸς ἀρετὴν ὅλην βλέπειν δεῖν φασὶ τοὺς νόμους· ἀλλ' ἥτις ἂν καθεστηκυῖα ᾖ πολιτεία, ταύτην δεῖν τὸ ξυμφέρον, ὅπως ἄρξει τε ἀεὶ καὶ μὴ καταλυθήσεται. Vulgarem lectionem Bipontini probam putant: ego non puto. Poſt δεῖν excidiſſe videtur σκοπεῖν.

Steph. 718. Bip. 190: Τὰ τοίνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξε τί μοὶ προὔργου δρᾷν εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῇ μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα, μᾶλλον δ' ἡμερώτερόν τε ἂν ἀκούειν καὶ εὐμενέστερον. Locum hunc ita potius conſtituerim: τὰ τοίνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξε τί μοὶ προὔργου δρᾷν εἰς τὸ, περὶ ὧν ἂν π ε ρ α ί ν ῃ μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα, μᾶλλον δὴ ἡμερώτερον — εὐμενέστερον.

Steph. 721. Bip. 195: Ἐι δὲ μὴ, ζημιοῦσθαι χρήμασί τε καὶ ἀτιμίᾳ· χρήμασι μὲν τόσοις καὶ τόσοις, τῇδε καὶ τῇδε ἀτιμίᾳ. Hic una excidit ſyllaba. Scribe τῇδε δὲ καὶ τῇδε ἀτιμίᾳ.

Lib. V. Steph. 728. Bip. 205: Πᾶς γὰρ ὅ, τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος, οὐδὲ, εἰπεῖν ξυλλήβδην, ὅσαπερ νομοθέτης αἰσχρὰ εἶναι καὶ κακὰ διαριθμούμενος τάττῃ καὶ τοὐναντίον ἀγαθὰ καὶ καλὰ, τῶν μὲν ἀπέχεσθαι μὴ ἐθέλῃ πάσῃ μηχανῇ, τὰ δὲ ἐπιτηδεύειν ξύμπασαν κατὰ δύναμιν, οὐκ οἶδεν ἐν τούτοις πᾶσι πᾶς ἄνθρωπος ψυχὴν, θειότατον ὄν, ἀτιμότατα καὶ κακοσχημονέστατα διατιθείς. Divini huius loci

integritas non dubito, quin ita poſſit reſtitui: οὐδὲ, εἰπεῖν ξυλλήβδην, ὃς ἂν, ὅσαπερ νομοθέτης — τάττει — Neutiquam enim probanda eſt Stephani emendatio, pro οὐδὲ reponentis ὃς δὲ, et particulam ἂν poſt ὅσαπερ inſeri iubentis.

Steph. 729. Bip. 209: Σχεδὸν γὰρ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ξένων καὶ εἰς τοὺς ξένους ἁμαρτήματα παρὰ τῶν πολιτῶν εἰς θεὸν ἀνηρτημένα τιμωρὸν μᾶλλον. Repone παρὰ τὰ τῶν πολιτῶν; ut et ipſa loci ratio et Ficini interpretatio ſuadet, quum vertit: *ferme enim omnia peregrinorum contra peregrinos peccata prae illis, quae inter cives committuntur, ultori deo curae ſunt.*

Steph. 737. Bip. 224: Εἰρήσθω δὲ νῦν, ὅτι διὰ τοῦ μὴ φιλοχρηματεῖν μετὰ δίκης· ἄλλη δ' οὐκ ἔστιν οὔτ' εὑρεῖν οὔτε στενὴ τῆς τοιαύτης μηχανῆς διαφυγή. μετὰ δίκης depravatum cenſeo, corrigendumque μετ' ἀδικίας.

Steph. 739. Bip. 230: Ἣν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπικεχειρήκαμεν (πολιτείαν), εἴη τε ἂν γενομένη πως, ἀθανασίας ἐγγύτατα· καὶ ἡ μὲν δευτέρως· τρίτην δὲ μετὰ ταῦτα — διαπερανούμεθα. Priora ita vertit Ficinus: *ea vero, quam hic nos aggreſſi ſumus, ſi fiat, proxime quodammodo ad immortalitatem accedet.* In Graecis vereor ut proba ſint omnia. Fortaſſe reſcribendum eſt εἴη γε ἂν, γενομένη πως.

Steph. 746. Bip. 244: Τὸ γὰρ ὁμολογούμενον αὐτὸ αὐτῷ δή που πανταχῇ ἀπεργάζεσθαι καὶ τὸν τοῦ φαυλοτάτου δημιουργὸν, ἄξιον ἐσομένου λόγου. Non dubium eſt, quin δήπου vitioſum ſit. Emendo δεῖ που.

Lib. VI. Steph. 751. Bip. 249: Παντί που δῆλον τὸ τοιοῦτον, ὅτι μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἐρ-

γου, τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστῆσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις, οὐ μόνον οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων,· οὐδ᾽ ὅτι γέλως ἂν πάμπολυς ξυμβαίνοι, σχεδὸν δὲ βλάβαι καὶ λῶβαι πολὺ μέγισται ταῖς πόλεσι γίγνοιντ᾽ ἂν ἐξ αὐτῶν. Mendofa haec effe, quis non videt? Igitur Stephanus eam propofuit emendationem, ut praepofitio ἐκ praefigeretur verbis illis τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην etc. Sed quae auctori ipfi non plane fatisfecit emendatio, eam, opinor, vix alius quisquam probabit. Nimirum Stephanus verba illa μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου ita expofuit: *quum legum latio res ardua fit*, quod fi Plato fcripfiffet, parum hic aptam fententiam inculcaffet. Nobis igitur de reftituendo loco diu multumque cogitantibus videtur gravius aliquod vitium infediffe. Scilicet aut plane fallor, aut defunt hic aliqua, hunc fortaffe in modum fupplenda: παντί που δῆλον τὸ τοιοῦτον, ὅτι μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου, τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀ ρ χ ὰ ς ἐ π ι τ ή δ ε ι ο υ ς ἔ χ ε ι ν, ἐκ τοῦ ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστῆσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις οὐ μόνον οὐδὲν πλέον εὖ τεθέντων κ. τ. λ.

Steph. 755. Bip. 257: Ἐξηκοντούτης δὲ ἐνεχθεὶς δέκα μόνον ἀρχέτω ἔτη, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὅπως, ἂν τις πλέον ὑπερβὰς ἑβδομήκοντα ζῇ, μηκέτι ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσι τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν ὡς ἄρξων διανοηθήτω. Mirum ὅπως fubfequenti imperativo. Refcribo ὁπόσον ἂν τις πλέον cet. Illud autem διανοηθήτω dubito an integrum fit. Neque tamen medela fuccurrit.

Steph. 763. Bip. 275: Διαχειροτονηθέντων δὲ καὶ ἀφικομένων εἰς ἓξ οἷς ἂν πλεῖσται γίγνωνται, τοὺς τρεῖς ἀποκληρωσάντων. Poft εἰς excidiffe videtur κρίσιν, ut fcripfit Bip. 278: τῶν ἀφικομένων εἰς κρίσιν.

Steph. 765. Bip. 278: Ὃς δ' ἂν εἷς ἐκ προχειροτονηθέντων δέκα λάχῃ δοκιμασθεὶς, τὸν ἐνιαυτὸν τῶν χορῶν ἀρχέτω κατὰ νόμον. Hic iterum vocula excidit. Quippe Plato ſcripſerat προχειροτονηθέντων τῶν δέκα.

Steph. 770. Bip. 289: Τῶν ἄλλων ὁπόσα ἐμπόδια τούτοις, μηδὲν προτιμῶν φανεῖται μηδ' ὁςτιςοῦν· τελευτῶν δὲ, καὶ πόλεως ἐὰν ἀνάστατον ἀνάγκη φαίνηται γίγνεσθαι, πρὶν ἐθέλειν δούλειον ὑπομείνασα ζυγὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χειρόνων, ἢ λείπειν φυγῇ τὴν πόλιν. Locum hunc ita refingo: — φανεῖται μηδ' ὁστιςτοῦν, τελευτῶν δὲ καὶ, πόλεως ἐὰν ἀνάστασιν — γίγνεσθαι, πρὶν — — ὑπομείνας —

Steph. 772. 292: Ὁπόθεν τὶς οὖν καὶ ὁπηνίκα τῶν πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότων ἔτη, σκοπῶν καὶ σκοπούμενος ὑπ' ἄλλων, κατὰ νοῦν ἑαυτῷ καὶ πρέποντα εἰς παίδων κοινωνίαν καὶ γένεσιν ἐξευρηκέναι πιστεύει, γαμείτω κ. τ. λ. Pro πρέποντα repone πρέπον τι; quemadmodum ſtatim ſequitur τὸ δὲ πρέπον καὶ τὸ ἁρμόττον ὡς χρὴ ζητεῖν, πρῶτον ἐπακουσάτω.

ERRATA.

Pag. 6. v. 6. iucundiſſimam l. iucundiſſimum.
- 11. - 4. a fin. ἐξαλειφθῇ l. ἐξαλειφθῇ.
- 13. - 2. a fin. Eam l. Eum.
- 15. fin. σινορῶντα l. συνορῶντα.
- 16. v. 2. ἐθέλη l. ἐθέλῃ.
- 18. ἐπήνεσεν l. ἐπῄνεσεν.
- 19. - 8. a fin. poſt ὁμολογῶν inſere ἀνόμοια ὄντα.
- 19. - 14. πάντας l. πάντες.
- 20. - 4. a fin. poſt λέγειν inſere ἢ φρόνησιν.
- 20. - 10. 17. 19. 23. pro τῷ l. τῳ.
- 25. - 3. ἀρχοντες l. ἄρχοντας.
- 27. - 15. ἀγνωνιζοίμεθα l. ἀγωνιζοίμεθα.
- 28. - 1. quidem l. equidem.
- 3. ἀκῆς l. ἀκοῆς.
- 30. - 4. a fin. ἁμαρτάναι l. ἁμαρτάνει.